



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 54. Lutherus ab Augustinianorum Capitulo sese submittere jussus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI.  
A. C. 1520.

Sanctitate sua impactum patrocinii crimen satis superque diluerim, proin obstacula, quæ Romanam causæ meæ decisionem retardabant, submoverim: de cetero jamjam datis ad Gregorium Cardinalem literis contestatus sum, quantum alienus sim ab illis erroribus, quorum liberam in ditone mea prædicationem indulgisse accusor, Lutherus autem ab Eckio, aliisque vehementius, quam par erat, exagitatus fuit, unde timendum, ne ejusmodi altercationes graviora provocent mala, nullum vero superfit remedium, quam ut ejus doctrina per valida argumenta, ac claros Sacri Codicis textus erroris convinceretur, non vero tempus fallendum esse puto censuris; eas enim nonnisi graves in Germania tumultus non sine Pontificis dispendio suscitaturas prævideo.

## §. LIV.

*Lutherus ab Augustinianorum capitulo sese submittere jussus.*

*Pallavin.  
hist Conc.  
Trid. l. i c. 14*

Cum interea Elector ita pro Luthero peroraret, Miltizius Sedis Apostolicus Nuncius FF. Eremitarum S. Augustini comitia, quæ tum in Saxonia celebrabantur, accessit, rogans, ut congregati Patres Lutherum ad obedientiam auctoritate sua compellerent. Ergo illi quan-  
tocius



tocius ad Lutherum duos ablegant, qui  
 rationum momentis, precibus ac monitis  
 deviam ejus mentem reducerent, atque  
 ad meliorem frugem revocarent. At  
 Lutherus benigna hac agendi ratione  
 nonnisi ferociter factus est, nihilominus ob  
 Capituli reverentiam audaciæ suæ ardo-  
 rem demittere simulabat, pollicitus, se  
 Superiorum suorum voluntati morem  
 gerendi studio conaturum, ut Pontificem  
 datis literis placaret; verum iis usus erat  
 verbis, quæ magis ad exulcerandum  
 quam ad sanandum vulnus apta erant.

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1520.

Cochläus an.  
 1520.

Rayn. ib.  
 n. 51.

Ulemb. cap. 5  
 Sleid. in

comm. lib. 2.  
 37.

§. LV.

*Epistola Lutheri ad Leonem  
Papam.*

In hisce literis ita alloquitur Papam :  
 „ Etsi ad Concilium a Sanctitate ve-  
 „ stra provocaverim, interea tamen pre-  
 „ ces ad Deum pro vestra salute effudi-  
 „ magno mihi datur crimini, quod no-  
 „ men tuum, dignitatemque læsisse di-  
 „ car: ea criminatio admodum mihi a-  
 „ cerbe accidit: fateor quidem, quod in  
 „ reprehendis erroribus atque vitiis  
 „ acer fuerim, de Sanctitate tamen vestra  
 „ semper præclare scripsi, quod & libris  
 „ meis demonstrari potest: Aulam qui-  
 „ dem Romanam redargui, sed illa ma-  
 „ gis quam olim aut Babylon aut So-  
 „ „ doma

Inter epist.

Luth. ad

Leon. X. t. 2.

fol. 83.

6. April. 1520

Micrælius

synagm. hist.

p. 80.

Sleid. in com.

l. 2. p. 38.

39.